

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Theologica polemica, dogmatica, speculativa et moralis -  
Cod. Ettenheim-Münster 254**

**Bulffer, Gervas**

**[S.l.], 1788**

Caput 2dum

[urn:nbn:de:bsz:31-128393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-128393)

suo tempore omnia solutus pro iis, qui credituri sunt in eum,  
hinc factum est, ut ab illo tempore omnes homines per fidem  
in illum salvari poterunt, et salvati fuerunt, ut apostolus  
Rom. 11. testatur.

videns autem deus, quod multa malitia hominum esset  
in terra, et cuncta cogitatio intenta esset ad malum gen. 6. 5.  
et nemo se salvare vellet, elegit sibi populum faciatem filios  
Israel, ut saltem hos ad suam servitutem adstringeret, et  
dedit eis per Moysen legem in tabulis lapideis digito Dei scrip-  
tam, cum hoc praecepto: «cunctis verbis haec, quae ego pro-  
«cipio tibi hodie, in corde tuo, et narrabis ea filiis tuis, et  
«meditaberis in eis sedens in domo tua, et ambulans in  
«itineribus, dormiens atque confurgens, et ligabis ea quasi  
«signum in manu tua, et cunctis et movebuntur inter oculos  
«tuos, scribesque ea in limine et ostiis domus tuae» deut. 5.  
ne obliviscaris eorum. igitur lex haec populo trans-  
«gessiones posita est.» galat. 3. 12. et sic habemus ori-  
ginem S. Scripturae.

N. 10.

Caput 2dum

Quid sit haec scriptura facta.

De scriptura hac facta ait sacer datus Exod. 31. 18.  
«Deditque Dominus Moysi completis huiusce modis ser-  
«monibus in monte Sinay duas tabulas testimoni-  
«i lapideas scriptas digito Dei.» in his tabulis scripta  
erant, in prima: scilicet prima praecipua decalogi, quae ad  
Dei cultum et venerationem pertinebant, in altera septem  
alia praecipua, quae proximi utilitatem concernunt, adeoque  
sunt eadem praecipua, quae deus homini in lege naturali  
jam dederat, et hinc scripta et quidem in tabulis lapideis

N. 11.



tantum renovata sunt, ne tam facile è memoria  
hominum excidant, aut omnino negari valeant.

Dedit autem Deus populo suo adhuc multa alia pro-  
cepta per Moysen, quæ sub pena mortis observare de-  
bebat. nec illis aliquid addere, vel aliquid auferre li-  
citur erat. Deut. 4. 2.

Uocantur etiam hæc præcepta Lex Moysis, non quod  
Moyses illam fecerit, sed quia Deus eam per Moysen  
populo promulgavit. item Lex scripta ad distinctionem  
legis naturalis, quæ leges licet sint in substantia  
eodem, tamen hæc in scriptis tradita non fuit, sed orationibus  
data, aut natura indita. item Testamentum  
vetus, quod nimirum Deus cum populo Israel pepigerat,  
donec novum per filium Dei promulgaretur.

Constat hoc testamentum quinq; libris à Moysè  
exaratis, et ideo Pentateuchus dicitur, de quo nunc est  
questio

### Caput III

an in nova lege adhuc auctoritatem habeat?

si

Si quis hanc questionem obiter tantum secundum  
vulgarem opinionem aut inanem modernam philo-  
sophiam deciditurus est, uno verbo negativè a sensum  
prohibet. at si scriptura ipsa penitus inspicitur, atque  
eius materia ad libram veritatis referantur, longè  
aliter iudicandum erit. unde quæ hæc res majorem